

387 De bello Gallico 3.2 Satzstrukturierungen

Cum dies hibernorum complures **transissent** frumentumque eo **comportari iussisset**,  
subito per exploratores **certior factus est** ex ea parte vici,  
quam Gallis **concesserat**,  
omnes noctu **discessisse** montesque,  
qui **impenderent**,  
a maxima multitudine Sedunorum et Veragrorum **teneri**.

id aliquot de causis **acciderat**,  
ut subito Galli belli renovandi et legionis opprimendae consilium **caperent**:

primum,

quod legionem neque eam plenissimam **detractis** cohortibus duabus et compluribus singillatim,

qui commeatus petendi causa **missi erant**, !!!

absentibus, !!!

propter paucitatem **despiciebant**;

tum etiam,

quod propter iniquitatem loci,

cum ipsi ex montibus in vallem decurrerent et tela conicerent,

ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant.

accedebat, quod suos ab se liberos abstractos obsidum nomine dolebant et Romanos non solum iterum causa, sed etiam perpetuae possessionis culmina Alpium occupare conari et ea loca finitimae provinciae adiungere sibi persuasum habebant.